

Mythologia, Venise, 1567 - I, 07 : De Diis variarum gentium

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 07 : De Diis variarum gentium](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 07 : Des Dieux de diverses Nations](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 07 : Des Dieux de diverses nations](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - I, 07 : De Diis variarum gentium, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/791>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 7r°-9r°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ENimvero, quoniam vniuersa antiquorum religio & Theologia sub fabulis occultabatur, pluraque sunt in illis ad generationes, & res gestas creditorum Deorum spectantia, necessariò dicendum videtur quam variz fuerint diuersarum nationum de Diis ipsis sententiz, ante quam ipsas fabulas explanandas aggrediar: quæ res quantum asseret utilitatis & commodi ad susceptum laborem, omnibus postea fiet manifestum, vt censeo. Atque in primis ita facienda est Deorum diuisio. Ex antiquis Diis alii celestes, alii terrestres, alii aquatici sunt crediti: & aquaticorum aliis maris, aliis fluuiorum, aliis fontium cura fuit commissa. è terrestribus rursus alii montani, alii sylvarum & pactorum præsides, alii agricolarum fuerunt, atque hi in planis locis habitare pierunque putabantur. Coelestium alii summe rerum humanarum præerant, alii consultores, alii præfuerunt tempestatibus & certis cœli regionibus: alii loca tantam inferna habitare, & sceleratorum præesse supplicis putabantur: neque vlli præter hos, Dii posse esse crediti sunt. Nam tametsi omnes nationes Deos esse crediderunt, nullaque fuerunt tam feræ gentes, (ut insulsiſsimorum hominum, qui se sapientes dicere ausi sunt, opiniones taceam) quæ hunc mundum aut fortuito genitum esse existi-
marint, aut sine aliqua incredibili prouidentia gubernari; cum sit è tam variis rebus tam concinno ordine coagmentatus: tamen paucæ fuerunt, quæ Deos introducere ausæ sint, nisi ab aliis acceptos. Cum enim suos Magos haberent Persæ, prophetas Aegyptii, Chaldæos Assyrii, aliosque sacerdotes aliis nominibus vocatos aliz nationes, omnium prope religionum origo ab Aegyptiis in Græciam, & in Persas prius, deinde ad alias nationes transisse credita est. Quamuis omnes illi vno ordine falluntur, quòd ante Aegyptios, primi omnium mortalium Hebræi non solum religionem, sed etiam verum Dei cultum acceperint; & non humanis consiliis, sed diuinis præceptis ad ueram religionem fuerunt instituti. Græcia postea sequentibus temporibus cum bellicæ laudis gloria florere inciperet, paulatim & factorum ritus immutauit, & tantum Deorum numerum auxit, quamuis disciplinarum cognitionem acquireret, vt magnam Deorum coloniam ad ceteras ciuitates postea transmiserit. In hoc vaum tamen omnium prope populorum ac gentium sententiz primum conuenerant, vt diuina illa quæ uidentur, superna corpora, Solem, Lunam, reliquaque astra cum perpetuo motu agitari conspicerent, ab ea celeritate & Deos appellauerint, & esse crediderint; vt Plato testatur in cratylo. Neque vlla ferè gens inuenta est; quæ aliud esse Deos, quam ipsa coelestia corpora primum crediderit. Hanc opinionem secutus videtur Homerus, cum Solem omnia audire, omniaque videre inquirat, quod est, vt ait Plato libro secundo de legibus, solius Dei munus: ita vero se habet Homeri carmen;

ἥλιος ἰὼ πάντας ἰστέον, καὶ πάντα κινεῖται.

Sol qui cuncta audis, quique omnia conspicias vnus.

Huius opinionis autores fuerunt Aegyptii, à quibus & templorum extruendorum rationem, & imaginum, & rituum sacrorum Græci in patriam reportarunt, sicuti testatur Herodotus in Euterpe his verbis; *Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων ἀρχαῖαι θρησκείαι, καὶ ἱερὰ καὶ ἄλλα ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἐμεινάναι φασί, καὶ ὅτι οἱ Αἰγύπτου ἱεροὶ ἱεροὶ.*

Deorum

Atque infinita est propè illorū Deorū multitudo, quos Græcia postea ceremoniis, altaribus, ac tēplis magnificētissimis auxit. Persę hos prope Deos existimarūt, quos antiqui Græci, qui nō nati essent ē mortalibus hominibus, vt asserit Herodotus in Clio his verbis; *οὐδὲ γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀνθρώπων τῶν ὀφθαλμοῖς ὁρατῶν, ὅστις ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν οὐρανὸν ὅς τις καθίστηται, διὸ καὶ οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ὅστις ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν οὐρανὸν ὅς τις καθίστηται, διὸ καὶ οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ὅστις ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν οὐρανὸν ὅς τις καθίστηται*. Istia vero sancitū est vt in altissimos mōtium vertices ascendentes Ioui sacrificēt: Iouem vniuersum cœli ambitū appellātes. Sacrificāt & Soli, & Lunę, & Telluri, & igni, & aquę, & vētis; his. n. solis vt sacrificent, antiqua obtinuit cōsuetudo. Hi cū priscā tantū Theologiā retinerent, nouos Græcorū Deos irridentes, vbi Xerxes in Græciā cū exercitu traiecit, omnia Deorum Græcię tēpla Magis autoribus inhāmarūt, qđ nullū in locū dicerēt Deorum numen esse includendū, quibus cūcta debēt esse libera & parentia, vt testatur Cicero in libro secundo de legibus. Nam deridere consueuerunt Persę eos qui rei huiusmodi facerent, vt ait Herodotus in Clio in his verbis; *οὐκ ἔστιν οὐδὲν ὅστις ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν οὐρανὸν ὅς τις καθίστηται, διὸ καὶ οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ὅστις ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν οὐρανὸν ὅς τις καθίστηται*. Persę, vt ego cognoui, his legibus vtuntur; imagines quidem, & tēpla, & aras non erigunt pro suis institutis, sed & illos, qui hæc faciunt, accusant insaniz. Hęc ratio non esset magnopere fortasse improbanda, si vel omnes essent sapientes, vel si sapientum etiam mens semper opportunis temporibus ad res diuinis esset conuersa, neque humanis cogitationibus ab instituto cultu distraheretur. Sed cum res aliter se habeat, & tēpla, quō ad diuinum cultum conuenirent, & imagines dei & sanctorum hominum tanquā monumenta amicorum Dei fuerūt instituendę. Nam si statuz clarorum virorum, & eorum qui pro patria fortiter occubuisse, iure apud Romanos & ceteras nationes tanquā præclara virtutis exempla erigebantur, quibus incitarentur posteri ad virtutem, quo pacto virorum bonorum, & amicorum Dei, & qui pro veritate, Christianaque rep. fortiter occubuerunt, tanquā præclara monumenta virtutis, & fidei, & constantiz, quibusque deprecatoribus apud Deum vteremur, non erunt iure optimo ubique imagines erigendę? Est enim omnium templorum augustissimum pectus mortalium fide, pietate, innocentia, sanctitate, mansuetudine, pro pulcherrimis aulæ institutum & communitum. Atque ne ita Deorum religio paulatim deficeret, quę anima est ciuitatum, & omnis humanę vitę stabilimentum, & tēpla, & imagines, & dies solēnes, & factorum ritus, & publicę ceremonię fuerunt in ciuitatibus prudenter institutz. Scytharum Deos Herodotus in melpomene ita recensuit; *οὐκ ἔστιν οὐδὲν ὅστις ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν οὐρανὸν ὅς τις καθίστηται, διὸ καὶ οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ὅστις ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τὸν οὐρανὸν ὅς τις καθίστηται*. Deos autem solos hos placant, Vestā quidem præcipue, postea Iouem ac Tellurem, Tellurem Iouis vxorē existimantes. Post hos, Apollinem, celestem Venerem, & Herculem ac Martē. Hos. n. oēs Scythę Deos putarūt. Ac i eodē lib. scribit deinde Libyę populos Soli ac Lunę sacra facere, neq; vltos præterea Deos putare. At Iudei, vt memorię pōdit Cornelius Tacitus lib. xxi. solā mentē antiquus, vniūq; numen intellexere, phanosque esse putarunt eos, qui Deū imagines mortalibus materiis in speciei humanum elingerent, flammū illud, & æternū, neque mutabile, neque interiturum. Igitur nulla simulachra vrbibus suis, nedum tēplis

Mythologia.

templis fuerunt, ac Strabo libro decimo decimoseptimo Geographiæ varios fuisse diuersarum nationum Deos ita tradidit, ut singulae prope ciuitates suos proprios Deos haberent. Nam cum tria ex terrestribus animalibus vniuersa Aegyptus colat, honem, canem, felem; ex quibus accipitrem, ibim; ex aquaticis squammosum, oxyrinchum; tum Sarræ ut inquit, & Thebani ouem colunt præcipue, latum pisce Nili, Latopolitani: lupum Lycopolitani: Cynoccephalum Hermopolitani: cepum Babylonii qui colunt iuxta Memphim. Aquilam Thebani; Leonem Leontopolitani; capram & hircum Mendefii: murem, & araneum Athribitæ. Lögum esset omnium nationum ac populorum opiniones, vel potius delirationes de Diis recensere, qui cum religionis originem ab Aegyptiis accepissent vel antiquam non retinentes Theologiam deriserunt magistros postea, vel ipsi in peiores superstitiones incidunt. Hanc igitur Deorum notionem cum homines primum habuissent, perspicere non possent, quod mundus providentia gubernaretur, neque tamen cuius intellegere possent, quippe cum sidera in humanis rebus agere permulta intelligerent, neque tamen omnia pro illorum arbitrio gubernari, rem diutius inuestigantes & cognitionis desperatione capiti, paulatim à religione in superstitiones delapsi sunt: atque alii alios Deos introducere. Est enim ab ipsa natura comparatum, ut cum nimio Deorum metu homines opprimuntur, ad humilia & sordida quæque declinent, nihilque posse committi tam paruum possent, quod Diis maxima cum iracundia ac supplicio non videretur. Hæc res fecit ut iidem Græci, qui Aegyptiorum, aliarumque nationum acceptas ab iis superstitiones deriserant, in multo maiores errores sint postea lapsi. Nam & adulteros, & latrones, & ebriosos, ac facinorosos homines, qui multo erant bruti impurius, pro Diis coluerunt. quare cum de Diis loquerentur adulteria, furta, parricidia, prælia, crudelitatemque illis iniungerent, quæ propria sunt latronum & sceleratorum hominum facinora, ut res Diis talibus convenientes. Athenienses tamen cum sapientiores essent, ac horum Deorum turpitudinem intelligerent, neque vllum nisi sempiternum & optimum esse posse Deum putarent, quia esse omnino cognoscerent, qui esset, ignorarent, aut etiam fateti ob exteriorum Græcorum metum non auderent, ignoto Deo aram erexerunt. Hanc tantam Deorum multitudinem tot fabularum inuolucris postea implicarunt, cum liceret omnibus quidquid de Diis collibuisse fingere, ut quamuis multi postea conati sint, nemo tamen hæc hactenus expedire illos Deos ex his inuolueris potuerit, sed adhuc complures impliciti permaneant, & in perpetuum fortasse nonnulli mansuri sint. Qui enim omnia, quæ de Diis ab antiquis dicta fuerunt, ad optimum finem se deducturum putarit, idem speret se omnia nauigia, quæ ubique nauigant, sine vlla iactura in portum posse perducere. Non enim semper cum ratione iusanierunt antiqui sapientes vocari, aut poetæ in his consingendis. Perduranit huiusmodi de multitudine Deorum opinio usque ad Platonis tempora, qui priscam Græcorum theologiam quodammodo immutauit, cum vnu esse Deum crederet, & eum vniuersum assidue gubernare, quem modo mundi animam, modo mundum ipsum appellauit, modo vim illam, quæ esset in omnibus naturalibus corporibus diffusa, ac permixta, quam antea ad Monadem deduxerat Pythagoras. Atque horum opinio vterque recte, si diutius in eadem sententia permanissent: nam ceterorum, qui se appellabant sapientes nugæ lubens præterito. Romani postea Græcia subacta quasi captiuam Græcorum religionem

religionem in patriam transfulerunt, cum & antea Græcorum sacrorum ritus permultos haberent, & siquid ad absolutam superstitionem deficeret, illud totū ex Hetruria sæpius acciverint: donec omnium superstitionū error Christus, non modo tantam Deorum impurorum multitudinem profligavit, sed etiam veram, sanctam, & omnibus saluberrimam religionem introduxit: quæ nulla unquam vel leuitate gentium, vel impuritate ac scelere populorum, vel sacerdotum auaritia vel hæreticorum calumniis, labefactabitur. Vbiq̃ue enim veritatē emergere necesse est. Atque tot breuiter dicta sint de diuisione Deorum variarum gentium.

Quid unus necessarius sit Deus.

Cap. VIII.

10

Etsi res est, quæ ad veram theologiam potius, quàm ad fabularum explicationem pertineat, num vnus, an plures esse possint Dii inquirere: tamen quia non prorsus abhorret à theologia fabularū expositio, videtur conuenire huic loco vt breuiter declarentur ea, quæ de vno Deo ab antiquis sapientibus probabiliter dicta fuerunt. Neque vnquam Platonis illam sententiam probandam esse magnopere censui, qui nefas esse dicebat, vbi huiusce vniuersitatis parentē inueneris, in vulgus proferre: quasi vero alia sit omnibus vtilior aut magis necessaria cognitio, quàm omnium bonorum autorem Deum cognoscere, aut rem non cognitam conueniat venerari. Nisi fortasse ita inquirat, nullam oportere vulgus teneri Dei religione ac reuerentia, & nescio quid colere & benevolentia prosequi, quādo amare Deū maxime omnium opus est. Multæ sunt igitur rationes, quæ vnum esse, ac non plures Deos ostendunt: nam si plures sint Dii hunc ipsum Deorum numerum ob singulorum imbecillitatē esse necesse est. Si si sint imbecilli, quo pacto sunt Dii appellandi? hinc enim eo pacto supplices potentiori, & aliquando deficient, quorum vtrumque cum miserum sit, Dei naturæ qui conuenire poterit? videmus siquidem in omnibus animantibus eam esse naturæ providentiam, vt, quanto quæque sunt debiliora, citiusque moriuntur, tanto plura ex his producantur, secundioraque sint. Quod si tantus erat Deorū numerus, quantum habuerunt antiqui, atque inter hos mares & scemina, breui futurum erat vt tot Diis deficeret magistratus & imperia, & nisi otiosi ac desidiosi viuere mallerent, cerdones, & agricolæ, & fabros Deos haberemus, neque terra hominibus habitanda nostris temporibus iam esset relicta. Sed quoniam repugnat Deos esse, & plures esse, & esse mares ac scemina, terra tota hominibus relinquitur. Præterea si plures sint Dii, necesse est eos esse vel pari vel impari potentia, vt Xenophanes ait Colophonius. Si sint quidam impares, quo pacto debiliores sint Dii, ipsi uiderint. Sin omnes pares existant, nolensque alius volentem impediat, res iam neque fieri, neque nō fieri poterit, quod non potest sine risu intelligi. Multa igitur odia & pugne assidue inter hos Deos intercedent, quoniam sempiternæ intercedent causæ, quæ nunquam cessabunt: neque enim par parem vnquam, nisi fortuna profligabit. Alterum igitur horum necesse est; vel fortunam Diis etiam dominari, vel perpetuas esse inter Deos discordias & contentiones: quorum neutrum Deo conuenire ullo pacto potest. Est igitur Deus vnus, sempiternus, potentissimus, optimus, felicissimus, quorum nihil potest esse cū animi perturbatione. Non sunt igitur antiquorum Dii, cum plures sint, cum cælum

10

30

40

C conten-